



**Hyperdvlia Mariana**

**Berchmans, Johannes  
Canisius, Jacobus**

**München, 1636**

Testimonivm P. Petri Emerici qui Ioanni Berchmanno fuit in bonarum  
literarum disciplinis Magister,

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](http://urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

compertus, quo à summa illâ perfectio-  
ne aut inter loquendum aut agendum,  
disputandum recessisset, reprehendi  
posset ( quibus scilicet in rebus, nisi quis  
ad amissim perfectus sit, proclivissimus  
est lapsus ) nunquam tamen in eō vcl er-  
ratum leuissimum, ne aduersus Eutra-  
peliam quidem obseruare potuit.

## TESTIMONIVM

P. PETRI EMMERICI  
qui Ioanni Berchmanno fuit in  
bonarum literarum discipli-  
nis Magister,

**H**abebat (Ioannes) innocentiam,  
puritatēmque tam singularem, ut  
ne nomen quidem nosset eorum vitio-  
rum, ad quæ proclivis ferri hæc ætas fo-  
līst; nec secus ac pestem amicitias eo-  
rum, qui licentiores erant, abhorrebat,  
ne qua mentem labecula contaminaret,  
acholisque egressus in studia statim se

ab-

abdebat. Nusquam atque in templo frequentior, nec vsquam quam in toro rarior. Ex quo cultum religionemque in virginem sanctissimam didicerat, ex eo quoque à Virgine videbatur in vicem in curam patrociniumque suscepitus. Cum primum versus Latinos pangere cœpisset, permisus à me est pro libitu argumentum sibi sumere, & ille de IESV nomine poëma facere instituit, quo tantam affectum teneritatem expressit, ut haud obscurum indicium fecerit, aliquando in Societate IESV futurum.

Hactenus P. Petrus Emmericus.

TESTIMONIVM  
P. CORNELII DE LAPIDE.

**A**Nimaduerti in nostro Ioanne Berchmans Virgineam verecundiam, candorem, modestiam, innocentiam, puritatem. Sæpius audiui è nostris mirari se, si maior in B. Aloysio fuerit, neccum videre se, quid Ioannis addi possit.